



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita P. Iacobi Laynis Secundi Societatis Iesv Generalis  
Alphonsi item Salmeronis Vnius in primis decem Socijs**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae Agrippinae, 1604**

E Gallia Tridentum, instaurata Synodo tertio mittitur. Cap. 8.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11740**

scopi Tridentū ad instaurandā syno-  
dum venturi, vt tempora erant, vide-  
batur, nunc plurimi ductū, auspicijsq;  
Lotharingij Cardinalis, Antistites eo  
profecti. Non tamē vsquequaq; resti-  
tutā pacē, euersamq; radicē malorū, iā  
tū L A Y N E s augurabatur Data enim  
adamicum epistola, Deum flagella,  
imbri s instar, copiose demittere, scri-  
psit: quæ solus ille, quando mortaliū  
irriti conatus esset, tollere, cū liberet  
posset. Quod verū fuisse oraculū, cō-  
sequentium annorum euentus, noīra  
etiam memoria, declarauit.

E. Gallia Tridentū, instaurata synodo ter-  
tium reuertit. C A P . V I I I .

**P**lus i v. Pont. Tridenti Cōcilium  
bellis ciuiibus intermissum Ec-  
clesiæ cōmodo instaurari iubet: Euo-  
catoq; è Gallia per litteras L A Y N E  
præsto esse imperat. Regibus ille co-  
miter consalutatis, a.d. V I . I d. Iunias  
 anni 1562. Tridentum versus Belgis,  
Germaniaq; in viam se dedit: Functus  
interim parētis optimi officio, Iustrā  
dis sociorū Collegijs, qua iter habe-  
ret, & colloquijs, ad pfecta vitæ normā  
impel-

1562.

impellens. Collegia iactis pridē fundamentis ad tectum perducenda curat. Electores (vt vocant) Cœsaris tres, qui cœlibem vitā ducunt, cæterosq; qui à religione maiorum non abhorrerent, consilijs iuuit, in retinenda fide Catholica, studijsque, quibus vera religio defenditur, fouendis concionatus non raro in augustiss templis. Collegia quoque in Germania, quæ mox recensebo, constituta. Tridentū vt venit, magna Legatorum sedis Apostolicæ voluntate, & Episcoporum studio, quorum alij auditum pridem admirabantur, alij audire auebant, gratus, expectatusque fuit. Disputari ante coeptum de rebus arduis, vt de Eucharistiæ sacramento, absente LAYN E, cuius sententiam, repetita prælectione, audire exoptabant, quem vnum, multorum instar esse dicerent. De loco ambigi coeptum: non enim Pontificis maximi Theologo, duntaxat, vt antea, locus inter Episcopos erat, sed societatis iam Præposito Generali, inter cæteros, mendicantium ordinum, Præpositos debebatur: Verum

rum quod in tanto hominum con-  
cursu, atrijque amplitudine, ex eo lo-  
co audiri commode nō posset, quem  
libenter auscultarent, legati è regio-  
ne assidere inter Episcopos L A Y-  
N E M iubent, cumque sententiam de  
more dicturus esset, Theologorum  
suggestum, qui Conclavis mediū te-  
neret, iussus ascendit. Tribus sāpe ho-  
ris continenter, de re proposita, fidei-  
que controversijs, via, ac ratione, fir-  
mis lateribus, acute, ac copiose dispe-  
ravit, nullo audientium fastidio. Sin  
suo remansisset loco, qua erat mode-  
stia, assurgere Episcopi, propiusque  
accedere, & pedibus stare visi sunt.  
Detinebat enim auditorum animos,  
cum rei, de qua ageretur grauitas, tū  
dicens venustas, vt à dicētis ore, ex  
quo melle dulcior fluebat oratio, pē-  
derent omnes. Ex quo communī con-  
fessione, nata ea vox, L A Y N I S sen-  
tentiam citra exceptionem, contro-  
ue siamque veram, certamq; videri.  
Hæc de doctrina; nunc de morib[us]  
pauca. Duplex hic quoq; L A Y N I S  
virtus enituit, cum humilitatis, tum

Con-

dē fun-  
nda cu-  
is tres,  
erosq;  
abhor-  
enda fi-  
us ver-  
oncio-  
mplis.  
a, que  
identū  
is Apo-  
rū stu-  
em ad-  
t, gra-  
ari an-  
deEu-  
L A Y-  
a præ-  
quem  
erent.  
enim  
dunta-  
copos  
co Ge-  
ntium  
: Ve-  
rum

constantiae, legatis enim ijsde visum,  
societatis preposito Generali, tametsi  
tempore cæteris posterior esset, primu  
inter prepositos locū deberi, tanquā  
Clericis, qui semper monachis ante  
poni solerēt, molestū id ijs visum, qui  
præscriptionis iure niterentur, & an  
tiquitate antecederent. **L A Y N E S** in  
vidiæ declinandæ, ne offendere alios  
Legati videretur, etiā, atq; etiā regat,  
obtestaturq; in illo cōcordiæ conu  
tu, de loci præstātia, societatis cau  
riæ, iurgia, cōtentionesq; , pijs viris  
indignas, oriri ne paterentur: quo quis  
se loco, vel infimo contentum, qui &  
humi pedib; s omniū calcarin non r  
fugeret. Legati tamē suo iudicio nisi  
**L A Y N E m** in extremo l p̄scoporum  
subsellio a sidere iubent: postremo  
quoq; loco inter ordinum prepositos  
sententiā dicere: hoc quidem, ne cæ  
teris iniuriā familijs fecisse videren  
tur, cum societatis familia nuper or  
ta, cōfirmataq; esset, illud vero, ut so  
cios in clericorum seu presbyterorū  
numero honorandos indicarēt. Sicut  
etiam in ea ipsa synodo decreū cum  
clericis.

clericorum societatis i e' u honorifi-  
 camente in hæc ve b2. Sancta sy-  
 nodus non intendit aliquid innouare, aut  
 prohibere, quin religio clericorum socie-  
 tatis Iesu, iuxta pium eorum institutum,  
 à sancta Sede Apostolica approbatum,  
 Domino, & eius Ecclesie inseruire possit.  
 Constatia vero LAYNIS hoc docu-  
 mentū habeo, ambigua enim, & incer-  
 tā, quæq; aliter exponi posset, senten-  
 tiā, tuentibus nonnull s, ijs assentiri  
 vt vellet, impetrari ab eo nunquā po-  
 tut, licet omni ope, industriaq; nite-  
 rentur, vt vel vnuis subscriberet LAY-  
 NES Paradoxa enim fugiebat, quæq;  
 de religione periculoſe diceretur. In  
 Deum enim, vtilitatēq; Ecclesiae ma-  
 tris, respectū perpetuo habuit, nulla  
 vt auctoritas, neq; gratia, hominis vn-  
 quam frangere constantiā, potuerit,  
 præsertim cum Dei, qui veritas ipsa  
 est, defendendam causam suscepisset,  
 vsus vero Tridēti familiarissime est  
 Hercule Gonzaga, uno tum ex lega,  
 tis synodi, excellenti prudentia, & au-  
 thoritate prædicto. Hic cum ante aliis  
 niore

Sess. 15.  
cap. 16.

niore à L A Y N E animo fuisse, fide  
habita, confictis maleuolorum calū-  
nijs, post comperta L A Y N I S inno-  
centia, atque integritate, vñq; eo il-  
lum amauit, cōplexusq; est, vt postrī-  
die Kalendas Martias, anni insequen-  
tis, Tridenti decedens, testamento  
Mantuæ socijs Collegium construi,  
æris parte attributa, mandarit.

*Societatis Collegia iterum con-  
dita.*

C A P . I X .

T Ridenti L A Y N E S dum fidei  
controuersias disputando assi-  
due disceptat, nihil tamen delabore  
societatis administrādæ remisit. Bel-  
gio iter Tridentum, & Gallia faciens,  
Antuerpiam ( quod emporium, Brz-  
bantiæ maximum est, ad Scaldim flu-  
men situm, nauibus commodum, por-  
tus mercibus, exterisq; gentibus præ-  
sens domicilium ) socios misit L A Y-  
N E S, bono illius ciuitatis publico,  
mercatorum enim Hispanicæ præser-  
tim gentis, qui illic negotiantur. mu-  
nificen-